



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

1. Quare Deus dedit legem decalogi & praecepta populo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Et Hieremie 35. Et Ioannes Baptista commendatur de cibo, potu, & vestitu, quorum tamen nullum præcepit Deus, ipse tamen digito demonstrabat Christum iustificatorem omnium, cum diceret. Ecce agnus Dei &c. Ioan. 1. Rom. 3. Insuper è diuerso hoc falsum est, quòd in hoc seculo damnantur, penitus doctrinæ & præcepta humana, & tamen non magis & diligentius obseruantur præcepta diuina & scriptura, immò plus contemnantur, & cum damnatione humanarum doctrinarum simul & præcepta Dei atq; verbum eradicantur: vt nunc neq; humana præcepta, neq; diuina obseruentur: nec humanæ doctrinæ, nec diuinæ literæ seruentur: & hoc est malum huius nostri seculi.

CAP. XXXXVI.

ARGUMENTA.

1. *Quare Deus dedit legem Decalogi & præcepta populo.*
2. *Quibus imputetur impletio legis.*
3. *In quem finem lex est abrogata.*

DEVS dedit legem populo, vt sciret quæ faceret, quæ uero omitteret, vt Deo placeret, ne populus alium cultum vel alia opera excogitaret, quæ Deo non placerent, sicut faciunt Gentes idololatræ: quare certi iam sumus de Dei voluntate, quòd hæc præcepta si seruantur, Deo placeant, & is colitur & honoratur: & hæc est sua voluntas, & ideo vocat populum suum proprium de cunctis gentibus & populis, qui hæc sua seruant præcepta: promittit etiã varias benedictiones Exo. 19. seruantibus, & maledictiones negligētibus: ideo certo scimus, quòd Deo placeant hæc opera, quando ex Leuit. 26. & Deu. 28. Fide seruauerimus obedientiam præceptorum: etiam certo scimus, quid sit peccatum, & quãdo peccemus & ma-

& malefaciamus, scilicet quādō Dei pręcepta violā-
mus, & hoc dicit Apost. Rom. 3. Agnitio peccati per
legē, & ibid. cap. 7. concupiscentiā ignorabā esse pec-
catū, nisi lex diceret &c. Ex fide ergō vult Deus vt ser-
uētur p̄cepta eius, quod sic fit, quādō primō credi-
mus in Christū, q̄ merito & sanguine illius iustificā-
mur & saluamur, qui solus mortuus est pro peccatis
nostris, & resurrexit p̄pter iustificationē nostrā. Pos-
teā ad honorē Dei ex obedientia seruāmus hęc p̄-
cepta in gratiarū actionē accepti beneficij per Chri-
stū: hoc est seruare p̄cepta ex fide, id quod vbiq; do-
cet Apostolus, quoniā ex fide in Christū primū iu-
stificamur, & non per legē: sed iā iustificati gratis per
fidem gratia Christi, tunc sequi debet obedientia le-
gis: & hoc est cultus Dei, & habebit sua p̄mia in hā
& post hanc vitam: alia tamen à iustificatione, & s̄
in illum finem data sunt p̄cepta.

Rom. 4.

Rom. 3.

2. Deus sic dedit legem, quōd eā vult impleri non
lū foris opere vel manu, sed etiā intūs affectu & car-
de: nam lex spiritualis est, Rom. 7. & etiā vult spiri-
tu impleri. & Deut. 6. inquit. Diligere debes domi-
num tuū ex toto corde tuo, tota anima, tota mente
& totis viribus. Totū cor & totū spiritū exigit Deus,
totū factū, totā obseruantia, foris & intūs, spiritu
& corpore: nō cupit partē. Sic em̄ hypocrite seruāt p̄-
cepta. Sed Christus inquit ad discipulos: Nisi iustitia
vestra abundauerit &c. Et hoc est impossibile cor-
pore nostre naturę: caro enim oppressa peccato, legi
Dei subiecta nō est, nec enim potest, inquit Apostolus
Rō. 8. Ideo oportet, vt hęc gratia & misericordia Dei
accedat, quę remittat imperfectionē, quōd legem ser-
uare ex toto corde non possumus, & hoc facit Deus
propter fidem in Christum: nā Christus finis p̄cepti
ac legis. Deindē necessaria est gratia Dei, quę ad-
iuuet nostram fragilitatem, vt obedientiam legi De-
i praestare possit.

Matt. 5.

Rom. 10.